Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

et uirtutem et rigorem uirtutum et mollientib(us)
Qui uero in terram bonam seminatur, hic est qui
audit uerbum et intellegit et fructum adfert
Sicut in terra mala tres fuere diuersitates re
cursu uia, petrosa et spinosa loca, sic in terra bo
na trina diuersitas est. Centesimi, sexagesi
mi fructus et tricensimi. Et in illa autem et in
non mutatur substantia, sed uoluntas.
Et tam incredulorum quam credentium corda sunt
quae semen recipiunt. Venit inquid malus et ra
pit quod seminatum est in corde eius, et secundo
ac tertio hic est ait qui uerbum audit.
In expositione quoque terrae bonae iste est qui au
dit uerbum. Primum ergo debemus audire, de
inde intellegere, et post intellegentiam fructus
reddere doctrinarum, et facere uel centesimum
uel sexagesimum fructum uel trecesimum.
De quibus plenius in libro contra Iouinianum diximus.
Nunc breuiter perstringimus. Centesimum fructum
uirginibus, sexagesimum uiduis et continentibus,
trecesimum sancto matrimonio deputantes.
Honorabiles etiam nuptiae et cubile inmaculatum.
Quidam nostrum centesimum fructum ad martyres
referunt, quod si est sancta consortia nuptiarum